



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 426. De familia et mola traditis in Thiekburun et Tithemudele intra
pagos Nithega atque Itergowe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114



radidit thiadolfus pro se et fratre suo bernardo I familial et I man-

sum in *holtus* et in *lindduri* (h)
tradidit asic comes pro fratre suo luidhario II familial et I mansum in *ec-*
cankus (i)

tradidit thiadricus comes pro se coniuge sua et liberis I mansum et II fami-

lia in *lauingi* (i).



§. 424.

tradidit immed pro halui proximo suo in *meynnodeshus* (g)
I familial.

§. 425.

Tradidit thiadolfus pro se et fratre suo bernardo I familial et I man-

sum in *holtus* et in *lindduri* (h)

tradidit asic comes pro fratre suo luidhario II familial et I mansum in *ec-*

cankus (i)

tradidit thiadricus comes pro se coniuge sua et liberis I mansum et II fami-

lia in *lauingi* (i).

§. 426.

(g) Villa *Meynnodesbus* tribuitur ab abbatie Sarachone in R. B. et P. A. C. *pago* Devilla *Enterigawi*, quem in comitatu Hoiano ad Visurgim et porro Mindam usque Meyn- quondam exstitisse, iam supra diximus. Quinam vero vicus an *Mellingbusen* modes- leu *Millibusen* sub praefectura Siedenburg, vel *Maiefen* sub praefectura Hoia, *hus in* vel *Maeſen* sub praefectura Siedenburg, vel *Maleringbusen*, vel *Meiningbusen* *pago En-* sub praefectura Alten-Bruichhaufen designetur, definire nondum audemus. Illud *terigawi*. interim nobis probabile videtur, *Immedum*, qui in hac villa bona sua tradi- dit, ad Widikindeam gentem, que eadem in regione bona possedit he- reditaria, spectasse. Fortasse is erat pater Meinwerci, episcopi Paderbor- nensis, *Immedus*. Quem nisi credas subesse, eius, qui bona tradidit, *Immedi* genealogicam copulam cum stirpe Widikindea monstrare perquam erit difficile. Quis *Halsū* eius proximus fuerit, latet.

(h) *Holtbus* et *Lindduri* ville erant, eodem Sarachone teste, in *pago Agrotinum*. De villis *Holtbus* et *Lindduri* in comitatu Lingensi, et *Linderen* in inferiori episco- et Lind- paru Monasteriensi, statuimus. Cum autem eadem in regione comites Teck- duri in lenburgici bona sua hereditaria habuerint, *Thiadolfum* et *Bernhardum* ad proge- *pago* nitores comitum Tecklenburgorum et Lingensium retulimus §. 104 not.(n). *Agrotin-* gun.

(i) Villas *Eccanbus* et *Lauingi* exstisset in *pago Derlingo*, docuit nos Saracho abbas De villis 1. c. *Lauingi* villa procul dubio est locus *Lauingen* intra praefecturam Königslut- *Eccanbus* ter in Principatu Wolferbuttelano. Quenam autem sit villa *Eccanbus*, in discepta- et *Lauin-* tionem venit. In censum veniunt villa haud vna, vel vicus *Eicen* iter dimidiae *gi in pago* *Derlingo*. horæ LII 1 2

Ab anno
937 usque
1001 re-
gnante
Otto-
ne III.

Tradidit thiadmarus pro se I familiam in *thiekburun* (k).
tradidit gherfridus pro se I molam ad *tithemudele* (l).

§. 426.

§. 427.

Tradidit ekbertus (m) pro proximo suo thiadmaro clero I familiam in *berghstallum* et pro se III manios et iugera XV in *nathesungum*.

§. 428.

horæ distans ab oppido Schepensted in Principatu Wolfsbuttelæ, vel vicus *Eikhof* intra præfecturam Gifhorn. Negare autem non' audemus, indicari præterea posse villam quandam desolatam, cuius situs nobis nondum cognitus est. Arbitrari liber, *Aficonem*, *Luidarium* ac *Thiadvicum* comites progenitoribus comitum Walbeccenium, Supplinburgicorum ac Sommersehengburgicorum, quorum bona hereditaria quondam in pago Derlingo sita erant, inferendos esse, et propterea eos consanguineos abbatis Corbeiensi *Thiadmari* fuisse. Vidiimus enim iam supra §. 188 et §. 411, *Thiadmarum* abbatem fuisse filium dicti *Luidbarii*. Arbitramur itaque porro, eandem consanguinitatem, *Aficoni* et *Thiadrico* cum abbatे nostro *Thiadmari* intercedentem, impulisse eos, ut dona memoria in villis prædictis ecclesiæ nostra tradiderint. Occasio autem eadem bona tradendi erat praesentia ducis *Heinrici* in monasterio nostro Corbeiensi. De ea quidem iam supra §. 104. not. (n) et §. 188. e Chronicō nostro coetaneo et Ditmaro episcopo Merseburgensi egimus. Heic vero versus eam debemus in memoriam reuocare, ut pateat cunctis, eadem hæc bona fuisse tradita anno 984, cum *Afis* ac *Thiadricus* comites in nostro monasterio præsto erant et se *Heinrico* duci conciliare tentabant. Hic vero illos fauore dignabatur suscipere. Alio tempore eisdem comites intra abbatiam fuisse nostram, non legimus. Credimus ergo, magna veritatis specie moti, eos anno 984 bona illa sua ecclesiæ Corbeiensi dedisse. Abbatem nostrum totumque conuentum Corbeiensem ægre tulisse, quod patrui sui a duce Heinrico contenti fuerant cum fastu, quilibet facile cogitare et sibi persuadere potest. Minime itaque mirum videri nobis debet, si illi Comites omnem mouerunt lapidem, ut ducem *Heinricum* apud omnes et amicos et cognatos suos inuisum redderent. Nec eos vindictæ cupidos ab infectando illo destituisse prius, quam *Heinricum* ea porestate priuant, qua gaudebat imperioque imminebat, facile est diuinatu.

De villa
Thiek-
burun
in pago
Nithega.

(k) Villa *Thiekburun* collocatur ab abbatе Sarachone l. c. in pago *Nithega*, quem in episcopatu Paderbornensi ad fluuium dictum die Neite exstitisse, iam supra vidimus. Quo autem in loco eadem villa steterit, nondum indicare possumus. Fortasse illa latet in castro Dringenberg, haud procul a castro Driborg in episcopatu prædicto. Si autem est locus non placet, placet fortassis locus, ubi adhuc reperitur mola dicta die Tuckmühle, quæ a villa nostra nomen retinuisse videtur, quæque ad nobiles dominos de Spiegel pertinet. Interim *Thiadmarum* poteris referre ad familiam Brunonianam. Probabilissime is erat *Thiadmarus*, qui fuit filius *Brunonis* et pater *Efici*, de quibus egimus supra §. 104. not. (n)

De villa
Tithe-
mudele.

(l) *Tithemudele* villam esse eandem villam, quam supra §. 414 in pago *Iergowe* deprehendimus, e nostro pater Registro. Referr enim eandem villam Saracho ad *Iergowe pagum*. Statuimus ergo, intelligi vicum *Dommel* in præfectura Eisenberg in principatu Waldeccensi. De *Gherfrido* conf. §. 104. not. (††).

De Ek-
berto
monocu-
lo.
De villa
Bergh-
stallum
in pago
Derlin-
go.

(m) Præstantissimum aggredimur §. multum facientem ad veram demonstrandam originem Brunsicensium comitum. Opus itaque erit, ut omnia in eo explicemus planissime. Quod ergo primum ad villam *Berghstallum* attinet, tribuit eam Saracho abbas in suo Registro pago *Derlingo*, atque eam ob causam putamus, intelligi vicum *Bersel* haud procul ab oppido Osterwick in principatu Halberstadiensi, ad iura spectantem dominorum de Rossing, eumque probe discernendum